



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Felicitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Quinetiam Onirocritæ observant, quotiescumque quis vel navem vel ratem imaginatus fuerit se videre per quietem, nuncium ex longinquo peregre confesum aucturum. Antiquissima vero est illa numi species, quadrans scilicet, Raticus nomine, in quo ratis. Mosque inde duravit, ut pueri in alexandrum denarios in sublime jactantes exclamarent, aut capita, aut navim: quorum altero post firmatum numum conspicuo, ejus esset victoria, qui divina set, lusu teste vetustatis. Quanquam & altero usi sunt numo, Ovem, Bovemque insculptos habente, quod numi genus documento erat, veteres gregibus & armentis abundasse, quippe quorum omnis res in Ovibus & Bubus collocata erat, ut author est Plutarchus in Problematis.

Artem. lib. 1. cap. 7.

Galli crucem, Sel pilam, pro parte opposita.

Auctore Serbio Rege Rom. esse Plin. l. 18. cap. 3. Hinc nomen pecuniarum & Thesaurorum auctorem notationis signavit. esse Plut. in problem. Hadriani numus & Augusti.

FELICITAS. CAP. III.

A Hæc navis in aliquot veterum monumentis felicitatis hieroglyphicum est, ut in Hadriani numo, quæ remigio vecta, pulcherrimeque elaborata visitur, cum inscriptione: FELICITATI AUG. Subnavi vero S. C. COS. III. P. P. In numo etiam Augusti cernere est navium longam cum remigio, cujus eadem inscriptio: FELICITATI AUG.

SALUS. CAP. IV.

Quæ vero navis apud Athenienses erat SALUTIS indicium, in Thesei memoriam coli consueverat, singulisque annis Delon mittebatur Apollini cultum allatura, suscepto olim à Theseo voto hujusmodi, si civibus suis una secum salvis reverfus esset. Eoque interim tempore, quo sacerdos Apollinis navis ejus puppim coronaverat, & Delon ea profecta esset, pelagoque iremenso in patriam rediisset, cautum erat, Atheniensium lege, ne quemquam publice interficerent. Eaque de causa, scribit Plato in Phædone, longum temporis intervallum interjectum esse inter judicium Socratis, & mortem ejus: quod sententia pridie quam spectaculi auspiciu fieret, lata erat.



CHRISTIANÆ PIETATIS SUCCESSUS. CAP. V.

Habet & Christiana pietas felicissimi successus sui signum, navem cum piscatore Petro, tam in familiari summi Pontificis anulo, quam in aureis Apostolici fisci numis expressam, manifestissima ejus quæ subsecuta est felicitatis indicia, tot annis antea præmonstrata. Nam quod Ovidius dixit: *Hospitis adventum respiciat Dei*, sumptum omnino est ex altiori disciplina, qua præsci Romani divinitus admoniti essent, hospitem adventurum, qui verum Dei cultum afferret, sive Noam navigio ereptum undis, sive Janum salutaria tot præcepta Italiæ daturum, navi ad nos vectum, ac navi mox insignem in numis, sive ipsum nostræ pietatis autorem fluctuanti navicula affuisse meminimus. Hoc verum ac unicum est adversus sævientis maris rabiem sospitamentum: hic unicus salutis nostræ portus, quem ejusmodi navis auxilio occupare festinaverimus. Sapientissime Joan. Scholasticus vigesimo sexto scalarum suarum gradu pericula recenset, in quæ per mare hoc magnum & spaciosum navigantes incidimus, scopulos, vertigines, inundationes, piratas, belluas, siphones, procelas ventis fluctibusque committas, singulorumque adjicit interpretationes: ut per scopulos, feram præcipitemque iracundiam intelligamus. Per vertiginem, res eas, quæ præter spem oblata mentem circumfistunt, delirioque agitant, & in desperationis profundum rapide devoratos trahunt. Per inundationum tumores, ignorantiam, quæ boni specie decipit. Malus enim & egregie superbus est, sibi omnia arrogat, quicumque est imperitus. Per piratas, gloriarum satellites, qui nostras opes omnibus vitæ incommodis partes, interventu subito diripiunt. Per belluas, nostrum hoc corpus grave, brutum, & efferatum, ac perdifficile cicuratu: utpote quod ventri tantummodo deditum, soiam sibi finem constituit voluptatem. Per siphones, elationis nostræ impetus, per quos ad cælum usque sustol-

Nam sunt qui eundem Noam & Janum vocant.

Periculorum maris enumeratione. Si de epistola Guébriani Hispani.

Cccc limur,